Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

est omnium sperancium in se. Quoniam quis deus preter
dominum: aut quis deus preter dominum nostrum. Deus
qui precinxit me virtute: et posuit immacu
latam viam meam. Qui perfecit pedes meos
tanquam cervorum: et super excelsa statuens me.
Qui docet manus meas ad prelium: et posui
sti ut arcum ereum brachia mea. Et dedisti
michi proteccionem salutis tue: et dextera tua
suscepit me. Et disciplina tua correxit
me in finem: et disciplina tua ipsa me do
cebit. Dilatasti gressus meos subtus me: et
non est infirmata vestigia mea. Persequar
inimicos meos et comprehendam illos: et non
convertar donec deficiant. Confringam illos
nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos.
Et precinxisti me virtute ad bellum: sub
plantasti insurgentes in me subtus me. Et
inimicos meos dedisti michi dorsum: et odi
entes me disperdidisti. Clamaverunt nec
erat qui salvos faceret ad dominum: nec exaudivit
eos. Et comminuam eos ut pulverem ante
faciem venti: ut lutum platearum delebo eos.
Eripies me de contradictionibus populi: constitues
me in caput gencium. Populus quem non cog
novi servivit michi: in auditu auris obedi
vit michi. Filii alieni mentiti sunt michi:
filii inveterati sunt et claudicaverunt a semi
tis suis. Vivit dominus et benedictus deus meus:
et exaltetur deus salutis mee. Deus qui das
vindictas michi: et subdis populos sub me: li
berator meus de inimicis meis iracundis. Et
ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro
iniquo eripies me. Propterea confitebor ti
in nacionibus domine: et nomini tuo psalmum
dicam. Magnificans salutes regis eius: et fa
ciens misericordiam christo suo david et semini
eius usque in seculum. Antiphona Vivit dominus
et benedictus deus salutis mee. ℣ Quoniam tu illuminas
lucernam meam domine. Deus meus illumina tenebras meas.
Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum
eius annunciat firmamentum. Dies
diei eructat verbum: et nox nocti in